

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8411

Auteur(s) : Herbert, Soligny-la-Trappe, Notre-Dame de La Trappe (abbaye, abbé)

Bénéficiaire(s) : Geoffroy Cordebœuf [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1272, novembre

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

L'abbaye de la Trappe, moyennant une indemnité de quinze livres tournois, abandonne en toute propriété à Geoffroi Cordebœuf une oseraie et un pré, sis dans la paroisse de Saint-Mars-sous-Ballon, dont ce dernier lui contestait la propriété.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, [T]. « Tenor cartarum quas habent homines nostri et alii quibus fecimus cartas – De Normannia », n° IX, p. 550-551.

Texte établi d'après a

Universis presentes inspecturis et auditoris, H[erbertus], humilis abbas Beate Marie de Trappa, cisterciensis ordinis, totusque ejusdem conventus abbatie, salutem in Domino. Noveritis quod, cum contentio verteretur inter nos et monasterium nostrum ratione Symonis Landri, condonati nostri, ex una parte, et Gaul[ridum] dictum Cordebef, ex altera, super hoc videlicet, quod nos, ratione Symonis dicti Landri, condonati nostri, qui nobis et monasterio nostro se et omnia bona sua, mobilia et immobilia, contulit et actiones suas omnimodas et jura actionum suarum, petebamus a dicto G[aufrido] quandam terram oserariam et pratum, que omnia sita sunt in parrochia Sancti Medardi de Baladone subtus Baladone, prope vineam dicti Pechin et pratum Johannis de Corvatein, in feodo ipsius Johannis, et ea ratione petebamus, quod omnia predicta erant jus dicti Symonis Landri, condonati nostri, sive ad ipsum pertinebant ex successione Dyonisie dicte Lacornuete, avie dicti Symonis, et Herenburgis, matris ipsius Symonis, que tenuerunt et possederunt res predictas tanquam suas tempore quo decesserunt, et quarum Dy[o]nisie et Eremburgis dictus Symon est heres propinquior, ad habendum res predictas dicto Gaufrido Cordebof, equario, asserente et hec negante ; tandem, post aliquas altercationes, de bonorum [virorum] consilio, super premissis, ad hunc modum pacis devenimus cum Gaufrido predicto, videlicet quod nos dimissimus (sic) et quitavimus et ad hunc dimitimus et quitavimus dicto G[aufrido] quicquid jure actionis et rationis habebamus in dictis rebus ratione dicti Symonis, sive ex quacumque alia ratione habere poteramus, volentes et concedentes quod idem Gaufridus et ejus heredes de dictis rebus suam possint facere voluntatem et eas tenere et possidere pacifice et quiete, pro quindecim libris turonensium, de quibus nobis a dicto G[aufrido] pleniter satisfactum est et de quibus nos tenemus pro pagatis in pecunia numerata. Et per hec sospite (sic) sunt contentiones mote et que moveri poterant, singule et universe,

inter nos et dictum G[aufridum] a tempore retroacto usque modo. In cuius rei testimonium nos dicto G[aufrido] presentes litteras dedimus, sigillo nostro sigillatas. Datum anno Domini M° CC° LXX° secundo, mense novembri.